



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 9. Cardinalis Balves Legatus in Francia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV
A.C. 1485.

pepigerat, post semestrem, eamque a
ctissimam obsidionem ad ditionem
compulit. Capta est hæc Metropoli
die prima Junii, cuius jacturam Frides-
cus tam æquo tulit animo, perinde ac
rei alienæ damnum fecisset. Quapropter
adeo non urbi huic, et si amplissima
Provinciæ facile inter ceteras nobilissima
caput esset, auxilium ferre festinabat,
etiam illam Victoris arbitrio impune
linqueret, utque adversæ fortunæ fu-
se parum moveri testificaretur, eodius
tempore in Belgio Maximilianum Filium
suum invisit, frequenter hac sententia
suis: *Rerum irrecuperabilium oblivio fu-
ma felicitas.* Sub idem tempus Antonius
Bonfinius Mattheiæ Regi obsequi
studio librorum plurima, quæ nuper ed-
derat, volumina detulit, quæ Rex pe-
benigne acceptans, illorum Auctorem
se avelli haud passus est, utpote quem
elucubrandam Hungaricæ Historiam fe-
gerat, quam & Bonfinius postea Vladis-
lao Bohemiæ Regi deinceps ad Hunga-
riæ coronam evepto nuncupabat.

*Bonfin. 14.
dec 9.*

§. IX. *Cardinalis Balves Legatus in Francia.*

Inter ceteros, quos Carolus VIII, Gallo-
rum Rex ad deferenda Innocentio Pa-

pæ obsequia ablegaverat, non infimus e-Sæcul.XV.
rat Cardinalis Balves. Jam anno præ-

A.C.1485.

cedente ante obitum Sixti IV, & post o-
bitum Ludovici XI, a quo hunc diu in
carcere detentum meminimus, Gallia-
rum Regnum ingressus est; eo tempore
in Francia moris erat, ut Legati, prius-
quam Legationis suæ munia exerce-
rent, demandatae potestatis literas a Re-
ge approbandas Parlamento exhiberent,
eo fine, ut in illis nihil Regni juribus,
aut Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus con-
trarium contineri innotesceret: Cum au-
tem Balves hanc legem observare ne-
gligeret, Carolus VIII. Galliarum Rex
hac Cardinalis imprudentia tantopere
commovebatur, ut ei omnino prohibe-
ret, ne Legationis suæ insignibus ute-
retur. Inde captata occasione Joannes
Nauterrus regius Procurator Genera-
lis palam contestabatur, quod adversus
omnia, quæcunque Pontifex movere
posset, suam appellationem interponeret,
simulque Papam insimulabat, quod jura
Regis, regnique privilegia infringere mo-
liretur; insuper querebatur, quod Papa
Legatum a latere misisset, quamvis nulla
subfasset urgentis necessitatis caufa, i-
mo etsi, inquiebat ille, ejusmodi ratio ad-
fisset, *Virum tamen magis dignum able-
gare debuisset*, qui in semetipso Spiritum
Dei, & præcepta ejus in conspectu suo

Q 3 habe-

Sæcul.XV. haberet, in quo esset sapientia, claritas &
A.C 1485. legis scientia; *Virum pacis, & iusti*
zelatorem, non vero turbatorem, & diffe
sionum studiosum. Hæc appellatio inter-
posita est die vigesima Augusti; unde Co
riæ Parisiensis Senatus Cardinali in-
buit, ne legationis juribus uteretur;
Sanctiori tamen Regis consilio, audi
Balvis rationibus, ejusque submissioni
bus acceptatis permisus est, dignitate
suæ munia libere exercere. Hic tamen
paucos ibi dies commoratus, compen
Sixti IV. morte, confestim Romanum re
petiit, acceptis etiam a Rege mille
reis, quibus ei sumptus in itinere fa
falem ex parte compensarentur. Fu
ille postea ab Innocentio VIII. ad Albi
nensem sedem evectus, & Marchiæ conitanæ Legatione honoratus.

§. X.

Epistola Innocentii Papæ ad Galli
rum Regem.

Raynald.
hoc ann.
v. 36. 37.

Balves vix Romam redierat, dum fu-
mus Pontifex datis ad Galliarum Re
gem literis ei felix faustumque regi
sui auspicium gratulabatur, impense ho
tatus, ut acceptam a Majoribus desu
sæ Sedis Apostolicæ gloriam sollici
tueretur. Hæc epistola data legitu
die decima octava Aprilis. Exstat illi
in tiden